169.

Erzbischof Ruthard von Mainz bestätigt die Stiftung eines Klosters zu Mimende an der Werra (später Bursfeld) durch den Grafen Heinrich (von Nordheim), seine Gemahlin Gertrud, die Tochter des verstorbenen Markgrafen Ekbert und seinen erst dagegen auftretenden, dann aber selbständig mitwirkenden Bruder, den magdeburger Kanonikus Ludolf. **Heiligenstadt, 1093 Juli 15.**

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Hannover.
Gedr.: Leuckfeld, Antiq. Bursf. 6.
Anm.: Vergl. Einl. 132 Anm. 111. S. A. 247 Anm. 111.

(C.) :In nomine sancte et individue trinitatis.: Ruothardus dei gratia sanctę Mogontiensis ęcclesię archiepiscopus. — — Omnium itaque fidelium tam presentium quam futurorum pateat industrię, qualiter gloriosus comes Heinricus filius Ottonis ducis eiusque inclita coniux Gerdrudis filia Ekkeberti marchionis pro animę suę remedio heredum suorum consensu fundaverunt monasterium in ripa Wirrę fluminis in villa, que Mimimde vocatur, in predio[a]) videlicet, quod ipse Heinricus adquisierat a quodam nobili viro, qui agnominabatur Albertus de Insula. — — Facta sunt hęc omnia anno incarnationis dominicę[b]) M. xc .iii., indictione .i., ii. idus iunii[c]), imperante Heinrico .iiii. Nobis autem eodem anno idus iulii cum amicis nostris in Heilgenstat tenentibus conventum cuncta hęc in nostri presentia multis audientibus clericis et laicis sunt recitata, comprobata et laudata. — — Testes sunt. Episcopi. Heinricus Pathelburnensis, Odo Hildehesheimensis, Hartwigus Virdunensis. Abbates. Marcwardus Corbeiensis, Thietmarus Helmwardeshusensis, Gumbertus Pathelburnensis. Prepositi. Luidolfus Magedeburgensis, Betto de Luipper, Ordo Heilgenstadensis, Embrico Thorlensis. Comites. Heinricus, Sigifridus, Cŏno, Erpf, Erwin. Liberi homines. Luidolfus, Godefridus, Geroldus, Widoldus, Dede, Berchtoldus, Unico, Helmmericus. Ministeriales. Rv̊dŏlfus, Luidolfus, Scrudolfus, Hunoldus, Eskerich, Eppo et alii quam plures clerici et laici.

Data in Heilgenstad idus iulii per manum Ethelgeri prepositi Nortunensis.

(SJ.)

170.

Kaiser Heinrich IV. schenkt auf Bitten des Markgrafen Heinrich und des Bischofs Benno zu Meissen der Stiftskirche daselbst das Dorf Weitzschenhain unfern des Flusses Gana im Gau Thaleminci, in der Grafschaft des Markgrafen Heinrich gelegen. **Bern [Verona?], 1095 Febr. [14?]**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 36.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,42. Stumpf 2927.
Anm.: Vergl. Einl. Anm. 108, 191 Anm. 154. S. A. 246 Anm. 108, 355 Anm. 154.

(C.) :In nomine sanctae et individue trinitatis. Heinricus divina favente clementia tercius Romanorum imperator augustus.: Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus

169. *a)* p̄ *b)* DN̄ICę. *c)* Ivnii.